GREGORIUS MAGNUS
12. Jh. Seite 50r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26338
Copyright: Admont, Benediktinerstift



iustificatione descendit. quia bonorum operum merita sibi quasi singulariter tribu
ens oranti publicano se pretulit. Sci quoque apli ab hoc elationis uicio re
uocantur. qui de predicatione redeuntes cum elati dicerent. domine. in nomine tuo et
demonia nobis subiecta sunt. ne de hac miraculorum singularitate gaudeant.
ilico respondit eis dominus et dicit. Uidebam sathanan uelut fulgur de celo
cadentem. Ipse quippe singulariter elatus dixerat. Super astra celi exaltabo so
lium meum. sedebo in monte testamenti. in lateribus aquilonis. et similis ero al
tissimo. Et mire dominus ut discipulorum cordibus elationem premeret. mox iudi
cium ruine retulit. quod ipse magister elationis accepit. ut in auctore sup
bie discerent. quid de elationis uicio formidarent. In hac itaque arro
gantie quarta spe crebro humanus animus labitur. ut id quod habet. habere se sin
gulariter glorietur. In qua tamen diabolice similitudini uicinius appropinquat. quia quis
quis bonum se habere singulariter gaudet. quisquis uideri sublimior ceteris querit.
illum uidelicet imitatur. qui despecto bono societatis angelorum sedem suam ad aqui
lonem ponens et altissimi similitudinem superbe appetens. per iniquum desi
derium quasi ad quoddam culmen conatus est singularitatis erumpere.

Uas quod non habuit operculum. nec ligaturam desuper. in mundum erit.
Tegmen quippe operculi uel ligature est censura discipline. qua quisquis non premitur.
qui uas in mundum pollutum que reprobatur. An non uas sine operculo heliu fuerat.
qui hanc esse partem suam estimauerat. si ostenderet scientiam quam habebat.
Quasi enim uas sine operculo uel ligatura polluitur. qui per studium ostentationis
patens nullo uelamine taciturnitatis operitur. Predicatores a sci parte
suam reputant. si intus quidem ipsi de sapientia gaudeant. foris autem
alios ab errore compescant. Neque a se ita loquendo exeunt. ut gaudium
mentis in ostensione ponant diserte locutionis. sed bonum scientie in cor
dis secreto meditantur. et ibi gaudent. ubi hoc percipiunt. non ubi inter tot
temptationum laqueos innotescere compelluntur. quamuis cum bonum quod accipiunt
innotescunt. media interueniente caritate. ex proventu audientium.
et non ex propria ostensione gratulantur. Arrogantes enim cum scientiam accipi
unt. nichil se accepisse estimant. si hanc eos occultam habere contingat. Nusquam
quippe suum gaudium nisi in ore hominum ponunt. Unde et fatue uirgines in